

de Colmenar viejo en Castilla la nueva, Arzobispado de Toledo, Visitador General de el Obispado de Oviedo, y de la Abadía de Alcalá la Real, Capellan de honor de S. Mag. Fiscal de su Real Capilla, Casa, y Corte, Juez de sus Reales Jornadas, Abad perpetuo bendito de Canónigos Reglares de San Isidro de Leon, fue presentado para este Arzobispado por el Señor D. Fernando VI. el año de 1747. Varon adornado de los bienes, que dispensa el Cielo, y especialmente de el mas precioso fruto de caridad con los menesterosos, juntando el agrado, y afabilidad con el zelo santo de la honra de Dios. Erigió con Autoridad Apostólica la Insigne Real Colegiata de nuestra Señora de GUADALUPE; obtuvo de la Santa Sede la Confirmacion de el Patronato universal de esta Gran Reyna en toda esta América Septentrional, y su Oficio propio con Octava, y Misa, solemnizándolo con magnificientíssimos cultos; publicó por manda forzosa en todos los testamentos estipendio para el mismo Santuario; falleció el dia 3. de Julio de 1765, á los sesenta, y tres de su edad, y está sepultado su cuerpo en esta Santa Metropolitana Iglesia.

El Ilmó. Sr. D. Francisco Antonio Lorenzana, natural de la Ciudad de Leon, fue Colegial en el Mayor de San Salvador de Oviedo de Salamanca, Canónigo Doctoral de la Santa Iglesia de Siguenza, Canónigo, y Vicario General de la de Toledo, Primada de las Españas, Abad de San Vicente, Dignidad de la misma Santa Iglesia, Obispo de Plasencia; y á quien Dios conceda sus luces para el gobierno de este Arzobispado de México, á que fue promovido en 14. de Abril de el año de 1766; tomó posesion en 22. de Agosto, y recibió el Sacro Palio de mano de el Ilmó. Sr. D. Francisco Fabian, y Fueno, Obispo de la Puebla de los Angeles, en 8. de Septiembre de el mismo año.

BULAS DE ERECCION

DE LA

SANTA IGLESIA DE TLAXCÁLA,
LLAMADA CAROLENSE,

HOY PUEBLA DE LOS ANGELES,

Que son conducentes para la inteligencia de los sucesos de Nueva España, y tambien para la Santa Iglesia Carolense en la Peninsula de Yucatan.

DON Pedro de la Vega, de el Consejo de S. M. su Secretario, y Oficial Mayor de la Secretaría de el Consejo, y Cámara de las Indias de la Negociacion de la Nueva España, certifico, que en la misma Secretaría se halla la Ereccion de el tenor siguiente: = Frater Julianus Garcés Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Carolensis in Nova Hispania, universis, & singulis præsentibus, & futuris salutem in Domino sempiternam. Cum Invictissimus Romanorum, & Hispaniarum utriusque Siciliæ, &c. Carolus, & Regina Joanna, atque idem Carolus Rex in Imperatorem electus, divini amoris igne succensi, zelo Domus Dei æstuantes, in orthodoxæ Fidei propagationem semper intenti, post non pauca Regna, & Dominia ab infidelibus erupta, ac luce veritatis perfusa, animo proposuissent Insulas, & continens nostris incognitas penetrare,

ut illarum incolas, & habitatores ad verum Dei, & Redemptoris nostri cultum, Fidemque reducerent: inque ejus rei executio-
nem Ferdinandum Cortés, virum egregium, ab Insula Cubæ cum paratiſſima, optimèque instructa claſſe transmisſet, Deo id agen-
te, in Continentem amplissimam terram, quæ Sancti Joannis de Ulúa finibus clauditur, appulſus, Ferdinandus p̄fatus, cum exer-
citu ſuperatis montibus progrediens, ad Mexici Provinciam ma-
ximamque Tenuxtitlan, Urbem lacui incubentem, fusis, fuga-
tisque non ſemel hostibus, haud ſine magno labore pervenifſet,
pluresque ſubinde fuiffent ex incolis ad Fidem converſi, & ba-
ptizati, ſtructæque non nullæ Ecclesiæ, ac Monasteria pro Civita-
tibus, in urbe Tlaxcaltechæ, nondum Epifcopo conſtituto, Do-
minus noster Clemens Papa VII. eidem Provinciæ, & Civitati
Paterno cupiens ſubvenire affectu, Eccleſiam Cathedralem ad ſup-
plicationem ejusdem Potentissimi Regis Caroli, ac Reginæ, &
ejusdem Caroli in Imperatorem electi, creari, & erigi conſtituit,
neconon ab Invictissimo Carolo Carolensem appellari Civitatem
voluit: ac de ejusdem, & Regiarum Majestatum conſenſu, Nos
prænominatum Fratrem Julianum Garcés Epifcopum, & Paſto-
rem dictæ Civitati præficiens, ejusdem Diocesis terminos præfigi
curavit, pro ut in ejusdem Pontificis, ac Cesareæ, & Reginæ Ma-
jestatum Literis de limitatione terminorum ſuper hoc confeſſis
pleniū continetur: & ad erectionem Dignitatum, Canonicatum,
& Præbendarum, aliorumque Ecclesiasticorum Beneficiorum cum
Cura, & ſine Cura, ac alia impræmissis Literis Nobis commiſſa,
facultatem confeſſit: quarum tenor de verbo ad verbum ſequi-
tur, & talis eſt. = D. Carlos, &c. Por quanto Nos aceptando las Le-
tras, y buena vida, méritos, y exemplo de el R. P. D. Fr. Julian
Garcés, de la Orden de Santo Domingo, nuestro Predicador, le
presentamos al Obispado de Yucatan, é Santa María de los Re-
medios, en las nuestras Indias de el Mar Océano, que es la pri-

mera Tierra, que en aquella Provincia ſe descubrió, á la qual
despues los Christianos, que mas adelante pasaron, pusieron por
nombre la Nueva España, é Su Santidad por nuestra ſuplicacion,
y presentacion, le hizo gracia, y merced de el dicho Obispado,
con título de la dicha Yucatan, y Santa María de los Remedios,
porque á la fazon era donde residía el mayor número de Chris-
tianos, y de ello le mandó dar ſus Bulas, y despues, á cauſa de
que aquello quedó ſin población de Christianos, y ſe pasaron
adelante, y han estado, y eſtan poblando las dichas Tierras
en la Nueva España, y otras Provincias; por lo qual Su San-
tidad á ſuplicacion nuestra, y de el dicho Obiſpo D. Fray Ju-
lian, mandó declarar, que el dicho Obispado, y límites de él ſe
entendieſſe, y eſtendieſſe en los límites de la Nueva España, que
por Nos le fuessen ſeñalados, y limitados, y de ello le mandó dar,
y dió ſu Bula, y Breve, declarándolo aſſi; ſu tenor de las quales
dichas Bulas, y Breves uno en pos de otro, es como ſe sigue. =
Leo Epifcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memo-
riam. Sacri Apostolatus Ministerio meritis licet insufficientibus
ſuperna diſpositione Præſidentes, ad universi orbis Provincias, &
loca, ea præſertim, quæ Omnipotentis Dei Misericordia Christia-
næ veritatis lucem noſtris temporibus incœperunt agnoscere, fre-
quenti meditatione intendimus, ut in illis orthodoxæ Fidei cultus
augeatur, & Christiana Religio propagetur, ac eorum incolæ, &
habitatores Venerabilium Præſulum Doctrina, & Authoritate ſuf-
fulti, in eadem Fide ſemper proficiant, ipsaque loca maximè in-
ſignia dignioribus Titulis attollantur, & majoribus honoribus;
præſertim cùm id Christianorum Regum pia vota expoſcunt, &
cognoscimus in Domino ſalubriter expedire. Sanè cùm claræ me-
moriæ Ferdinandus Aragonum, & Siciliæ Rex, qui etiam dum
viveret Regnum Castellæ, & Legionis Gubernator fuit, ad lau-
dem, & gloriam illius, cuius eſt terra, & plenitudo ejus, ac uni-

versi, qui habitant in ea, pluribus jam annis elapsis, validissimam classem comparasset, eamque ad novas Insulas in Oceano Indico inquirendas destinasset, ac inter alias, Hispaniolam Elisabellam nuncupatam, valde notabilem Insulam hujusmodi classe repertam, temporali suæ ditioni subjecisset, ac in ea Sancti Dominici, & Conceptionis Beatæ Mariæ Cathedrales Ecclesiæ erigi obtinuisse; paulò antequam ab humanis decederet, similem classem circa duo millia hominum habentem ad alias Insulas in eodem mari inquirendas misit, eique Dilectum filium Petrum de Arias, Capitanum præfecit; qui, cum per plures dies navigasset, ad regionem quandam tandem pervenit, vulgo Yucatam nuncupatam, tantæ magnitudinis, ut adhuc incertum sit, an Insula, aut Terra continens sit, eamque sub invocatione ejusdem Beatæ Mariæ de Remedijs vocavit, ac in ea juxta litus maris oppidum, sive pagum cum Parochiali Ecclesia sub eadem invocatione extruxit; cùmque Charissimus in Christo filius noster Carolus Castellæ, & Legionis, ac aliorum Regnorum prædictorum Rex illustris, ejusdem Ferdinandi Regis non modò Regnorum hæres, & Successor, verum & virtutum imitator, compresisset dictam Terram, sive Insulam per multas leucas in longitudine, & latitudine à suis perlustratam esse, & à pluribus hominum millibus habitari, Cœloque salubri, ac solo fertili gaudere, ejusque incolas, & habitatores rationis, & humanitatis capaces esse, facilèque orthodoxæ Fidei nostræ adhærere, ejusque mores, & præcepta libenter amplecti, nec parvam ipsius Terræ, sive Insulæ partem suæ ditioni subjexit, in eaque plura oppida condi fecerit, & in illis Parochiales Ecclesiæ erigi obtinuerit, speretque multò majorem ejus partem sub ipsius ditione venturam, ac discussis errorum tenebris ad lucis veritatem perventuram, & Christum totius humani generis. Redemptorem cognitaram fore, ac propterea summopere desideret dictum oppidum, sive pagum, juxta litus maris, ut præfer-

tur,

tur, extructum, in Civitatem, quæ Carolensis appelletur, & illius Ecclesiam prædictam in Cathedralem sub dicta invocatione Beatæ Mariæ de Remedijs erigi. Habita igitur super ijs cum Venerabilibus Fratribus nostris matura deliberatione, de illorum Consilio, præfato Carolo Rege super hoc Nobis humiliter supplicante, ad Omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ac honorem Beataissimæ, & Gloriosissimæ Virginis Mariæ ejus Genitricis, cum totius cœlestis Curiæ jubilo, Authoritate Apostolica tenore præsentium, oppidum, sive pagum Insulæ Beatæ Mariæ de Remedijs hujusmodi, in quo magnus numerus fidelium de præsenti habitat, in Civitatem, quæ Carolensis appelletur; illius verò Parochiale Ecclesiam prædictam in Cathedralem Ecclesiam sub dicta invocatione Beatæ Mariæ de Remedijs pro uno Episcopo, Carolensi nuncupato, qui in dicta Ecclesia erecta, & illius Civitate, ac Diœcesi verbum Dei prædicet, ac earum incolas infideles ad præfatæ orthodoxæ Fidei cultum convertat, & conversos in eadem Fide instruat, & doceat, atque confirmet, eisque Baptismi gratiam impendat, & tam illis sic conversis, quam alijs omnibus fidelibus in Civitate, & Diœcesi prædictis pro tempore degentibus, & ad illas declinantibus Sacraenta Ecclesiastica, & alia spiritualia ministret, & ministrari faciat, ipsiusque Ecclesiæ erectæ ædificia ampliari, & ad formam Cathedralis Ecclesiæ redigi faciat, & procuret, ac in Ecclesia, & Civitate erectis, necnon Diœcesi prædictis, Dignitates, Canonicatus, & Præbendas, aliaque Beneficia Ecclesiastica cum Cura, & sine Cura, erigat, & instituat, & alia spiritualia conferat, & seminet, prout Divini Cultus augeamento, & ipsorum incolarum Animarum saluti expedire cogoverit, cum Sede, & alijs insignijs, & Jurisdictionibus Episcopalijs, Privilegijs quoque, immunitatibus, & gratijs, quibus aliæ Cathedrales Ecclesiæ, & earum Præsules in Hispania de jure, vel consuetudine utuntur, potiuntur, & gaudent, seu uti, potiri, &

Ppp

gau-

gaudere poterunt quomodolibet in futurum, perpetuò erigimus, & instituimus, & eidem Ecclesiae oppidum, sive pagum per Nos in Civitatem erectum pro Civitate, & partem Terræ, sive Insulae Beatae Mariæ de Remedijs hujusmodi, quam ipse Carolus Rex positis limitibus statui jussiferit, pro Diœcesi, illorumque incolas, & habitatores pro Clero, & Populo concedimus, & assignamus, ita ut ipse Episcopus Carolensis, qui pro tempore fuerit, in illis Episcopalem jurisdictionem, autoritatem, & potestatem liberè exerceat, & ex omnibus inibi pro tempore provenientibus, præterquam ex auro, & argento, ac alijs metallis, gemmis, & lapidiis præciosis, quæ quoad hoc libera esse decernimus, Decimas, & Primitias de jure debitas, ceteraque Episcopalia jura exigat, & percipiat, prout alijs in ulteriori Hispania Episcopis in suis Civitatibus, & Diœcesibus de jure, & consuetudine id licet: nec non jus Patronatus, & præsentandi infra annum propter loci distantiam Personam idoneam, ad dictam Ecclesiam Carolensem, quoties illius vacatio, excepta hac prima vice, pro tempore occurrerit, pro tempore existenti Romano Pontifici per eum in ejusdem Ecclesiae Episcopum, & Pastorem ad præsentationem hujusmodi præficiendam præfato Carolo, & pro tempore existenti Regi Castellæ, & Legionis in perpetuum concedimus, & reservamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Erectionis, Institutionis, Concessionis, Assignmentis, Decreti, & Reservationis infringere, vel ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum ejus se noviter incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo decimo octavo, nono Kalendas Februarij, Pontificatus nostri anno sexto. Ic. Galianus Mutus Marti. Contreras Bc. Acolytus. = Clemens Episcopus, Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Juliano, Episco-

po

po Carolensi, salutem, & Apostolicam benedictionem. Devotionis tuæ probata sinceritas, quam ad Nos, & Apostolicam Sedem gerere dignosceris, promeretur, ut Personam tuam intimis affectibus prosequentes petitionibus tuis, per quas tuæ Diœcesis, & aliarum circumvicinarum omnium, præsertim in partibus infidelium consistentium Ecclesiarum honor, & venustas, ac in eis Divinus Cultus accrescat, & ipsi infideles, eorum cætitate abjecta, ad orthodoxæ Fidei lumen conversi Christiano Dogmate imbuantur, prout & Catholicorum Principum devotio requirit, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Dudum siquidem felicis recordationis Leo Papa X. Prædecessor noster, ad supplicationem Charissimi in Christo Filij nostri Caroli Romanorum, & Hispaniarum Regis illustris, in Imperatorem electi, qui etiam Castellæ, & Legionis Rex existit, in Yucatan Indiæ maris Insula, suis classe, & auspicijs ab infidelium manibus erepta, oppidum insigne primò in eadem Insula in Civitatem erectum, & quamdam Parochiale Ecclesiam tum immediate post eandem erectionem in eodem oppido à Christi fidelibus constructam sub invocatione Beatæ Mariæ de Remedijs in Cathedram Ecclesiam pro uno Episcopo Carolensi nuncupato, qui in dicta Ecclesia, ac illius Civitate, & Diœcesi verbum Dei prædicare, ac Pontificalia exercere, & alia per Episcopos fieri debita facere deberet, cum sede, & alijs insignijs, ac Jurisdictionibus Episcopalibus, privilegijsque, immunitatibus, & gratijs, quibus aliæ Cathedrales Ecclesiae, & illarum Præsules in Hispaniarum Regnis de jure, vel consuetudine utebantur, potiebantur, & gaudebant, perpetuò erexit, & instituit, ac ipsi Ecclesiae ab ejus primæva erectione hujusmodi tum vacanti de Persona tua providit, teque illi præfecit in Episcopum, & Pastorem, prout in diversis ipsius Prædecessoris desuper confectis Literis pleniùs continentur. Nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod cum limites, & confines Diœcesis Carolensis,

Ppp 2

ad.